

Sessio 1. Ordinatur post preces & applicationes ad Deum Concilii preliminaris, & creantur Officiales.

Sessio 2. Damnantur schismatici Conciliabuli Pisani acta.

Sessio 3. Pœna in schismaticos Cardinales alioque Conciliabuli Pisani auctores decernuntur ac infinguntur.

Sessio 4. Pragmatica Sanctio proscribitur.

2. Sessio 5. Absente per aegritudinem Julio, praesedit Raphael Cardinalis Episcopus Ostiensis. Perlecta est Julii constitutio, & a Concilio approbata, non solum districte vetans omnem in creatione Romani Pontificis simoniam, sed etiam sic factam electionem abrogans & invalidam declarans, neque ullam sic electo conferre potestatem, ipsosque Cardinales, qui sic elegerint, esse ipso facto Cardinalatu & aliis quibuscunque dignitatibus & beneficiis abque alia declaratione privatos; praetereaque excommunicatione reservata irretiti, a qua non nisi Summo Pontifice legitime electo possint extra vitam discrimen solvi; paribusque poenis subijci omnes & singulos hujusce simoniae fautores, consiliarios, & proximitas. Faxit Deus, ne unquam hujusmodi casus eveniant; si enim interveniente simonia, vigeret ista constitutio, vel ignota esset ac occulta simonia, & tunc Ecclesia credens se alicui in terris Capiti subjectam esse, falleretur, essetque acephala, nullisque valere posset ad Pontificem maximum recursum, quo illa nesciens careret; atque quicumque vel censura vel alia reservatione suprema Sedis essent irretiti, tametsi recurrerent ad putatum & exilium Pontificem, insolubili adhuc nexu ligati remaneret: quia recursus fieret ad eum, cui sua electio nullam potest tribuere potestatem, qui est excommunicatus, & ab ipso Ecclesiae corpore divisus. Si vero illa simonia innotesceret, dici non potest, quanta inde pernicietas emergeret, illo per factiones sibi Pontificatum afferente, innumerisque proculdubio habituro fautores & clientes, & aliis novam alterius Pontificis efflagitantibus electionem. Quoniam quæso iudice nulli partium suspecto, cujus sententia acquiescitur omnes essent, controversia ista dirimeretur? Minus videtur esse damnum, si universalis Ecclesia sub uno Capite, quamvis malo indignoque, consentiat & conquiescat, quam si in atrocibus & immedicabilibus schismate dissiliat, nullo certo capite constituto. Sub his intermoritur Julius Pontifex, cujus in locum successit Leo X. Cardinalibus Leo X. qui succedentibus post hac sessionibus praesedit.

3. Sessio 6. diversi designantur Praelati, qui operam navent inter Principes concilianda paci, & deschi- mate extirpando curent. Aliis demandatur Curiae Apostolicæ in melius reformatio. Aliis fidei propagandæ sollicitudo. Aliis pragmaticæ abolendæ sanctionis officium.

4. Sessio 7. lecti sunt supplices libelli Bernardini Caravaial & Friderici a sancto Severino schismaticorum Cardinalium, quibus illi ejurato schismate & Conciliabulo Pisano, agnitoque errore veniam postularunt, simplici clericali habitu vestiti, & ad pedes Pontificis Leonis prostrati: qui post solemnem schismatis abjurati- onem, pristinae restituti sunt dignitati.

5. Sessio 8. definitum est, animam rationalem esse immortalem, nec unam in pluribus hominibus, sed totidem numero, quot sunt homines: contra delirium Averrois Arabis. Professoribus Philosophiæ districte in- junctum est, ut principia & conclusiones ethicorum a Christiana religione dissidentes, ut sunt de aternitate mundi, aut de humanarum animarum interitu, aliaque hujusmodi, solide refellant.

6. Sessio 9. Procurator Concilii accusat Antistitem Gallicanorum contumaciam ad sacrum Concilium mi- nime accedentium. Sed ex adverso Claudius Seisselius Massiliensis Episcopus Regis Christianissimi orator, eos- dem excusat exhibitis scriptis ipsorum extra regnum, unde animo ad Concilium veniendi excefferant, causam- tum se a Genueisibus & Insularum Duce impeditos ab accessu ad sacrum Synodum. Leo his perspectis, provi- det ut amoveantur ista impedimenta, mandans ad Medio- lanensem Ducem & Genuesensem rempublicam, ut ab his desistant, prorogateque praescriptum Gallicanis Praelatis veniendi terminum. Bulla postmodum reformationis Romanae curiae ex ambone leguntur, & multiplicia constituta promulgantur ad corrigendos Clericorum mo- res. Quamobrem instaurat Pontifex Leo Alexandri ter- tii constitutionem de etate, more, integritate, & gra- vitate & scientia illorum, qui sunt ad Episcopatus, Abbatias, aliasque Ecclesiasticas dignitates promovendi, quam in tertio Lateranensi Concilio retulimus, sicutque de his diligens inquisitio & relatio, antequam in consistorio proponantur. Praeterea ne beneficia cui- quam posthac commendentur ad vitam. Item ne pen- sionibus onerentur nisi in gratiam resignantium illa.

Prohibet insuper uniones beneficiorum perpetuas, praeterquam in casibus a jure permittis ex rationabili causa. Statuit quoque, ut de cetero Parochiales Ecclesiae, aut Dignitates majores & principales, aliaque beneficia Ecclesiastica, quorum fructus & proventus ducentorum ducatorum auri de camera valore non constituunt, necnon Hospitalia, Leprosaria, Xenodochia cujuscum- que valoris, quae ad pauperum usum & alimoniam in- stituta sunt, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus non commendentur, aut alio quovis titulo conferantur: nisi per obitum familiarium suorum vacaverint, quae il- lis commendari possint, ut illa ad illarum personarum sibi gratatum & idonearum commodum infra sex men- ses dimittete teneantur. Ordinatur praeterea, ne Ecclesia- rum, ac quorumcumque monasteriorum, & militarium Ordinum membra a suo capite, quod est absurdum, absque legitima & rationabili causa disjungantur ac se- parentur. Statuit quoque, ut speciales reservationes quorumcumque beneficiorum ad cujusvis instantiam mi- nime concedantur.

Quanta pernicietas ex male & inconsulte indolis com- mendis exurgat, graphice representat Pontificia hujus sessionis IX. constitutio, dicens: *Et quoniam ex com- mendis monasteriorum (ut magistra rerum experientia se- pius docuit) monasteria ipsa tam in spiritualibus quam in temporalibus graviter leduntur, quippe quorum aedificia partim commendatariorum negligentia, partim avaritia & incuria collabuntur, & indies divinus cultus in his magis diminuitur, passimque obloquendi materia personis praesertim secularibus praebet, non absque dignitatis Apo- stolicæ Sedis diminutione, ex qua commenda hujusmodi proficiuntur: ut eorum indemitati salubrius consulatur, volumus ac sancimus, ut cum illa per obitum Abbatum vacaverint, nullo pacto cuiquam possint commendari, nisi pro conservatione Apostolicæ Sedis, & ad occurrendum malitiis illam impugnantium, pro temporum qualitate, aliter nobis de Fratrum nostrorum consilio visum fuerit expedire: sed de persona idonea juxta praescriptam confi- tutionem eis ita provideatur, ut illis idonei Abbates, prout decet, praesentari sint. Ea vero monasteria, quae com- mendata fuerint, cum per eorum cessum, vel decessum, quibus erant commendata, commenda hujusmodi cessave- rint, Cardinalibus duntaxat ac personis qualificatis & be- nemeritis commendari possint. Sermo hic est de Abbatia- rum aut monasteriorum commendis. Supponit enim istud Lateranense Concilium, in suo robore debere per- petuo perdurare constitutionem Concilii Lugdunensis secundi habitum sub Gregorio Papa X. cujus canon 14. districte vetat, Parochiales Ecclesias commendari ultra sex menses, nec nisi pro evidenti necessitate vel utilitate ipsius Ecclesiae. Et reperitur in cap. nemo de- inceps, de elect. in 6.*

7. De Cardinalibus etiam ita sancit: *Et cum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ceteros omnes in ipsa Ec- clesia post summum Pontificem honore ac dignitate praece- dant, conveniens est ac debitum, ut vita munditia ac virtutum splendore cunctis praesurgant. Quapropter non modo hortamur eos ac monemus, verum etiam statuimus & ordinamus, ut de cetero quilibet Cardinalium pro tem- pore existentium juxta doctrinam Apostoli ita sobrie, caste ac pie vivat, ut non solum a malo, sed ab omni specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Deumque hono- rificet; sint omnes vigilantes ac divinis Officiis Missarum- que celebrationibus intenti, habeantque capellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt. Sitque eorum do- mus, familia, mensa, suppellexque, non fastu aut pom- pa, neque superfluis rebus, neque alio modo reprehensibi- lis, ne peccandi excendendique modum licentia inde nasca- tur: sed ut equum est, modestie & frugalitatis speculum dici mereantur. Illis itaque sint contenti quae Sacerdota- lem praesentant modestiam, ac Praelatos, & quoscunque alios insignes viros ad Romanam curiam venientes benig- ne honorificet, tam publice quam privatim tractent, & apud nos & successores nostros gratiose liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Praeterea ministere- rium indecorum Episcoporum Praelatorumque in domibus suis non habeant, ne ceteris praesse instituti, & sacro caractere insigniti in vilia ministeria descendant, passim- que pastoralis officii contemptum inducant. Cumque Ro- mano Pontifici communi omnium Christi fidelium Patri assistant, personarum advocatos & acceptatores eos fieri valde inconveniens est. Propterea statuimus, ne parria- litatem accipiant aliquam, neque Principum, aut Com- munitatum, vel quorumcumque aliorum contra quem- quam, nisi quantum iustitia & equitas postulant, earum- que dignitas & conditio requirit, promotores vel defen- sores fiant: sed a privata omni passione sejuncti, sedan- dis & componendis inter quoscunque libris omni dili- gentia vacent, incumbantque: Principum & quorumcum- que aliorum, & praesertim pauperum & religiosorum ju- sta negotia pio promoveant affectu, oppressos & injuste gravatos*

gravatos juxta vires suas, & officii debitum adjuvent. Tituli sui loca si praesentes in curia fuerint personaliter, si vero absentes per Vicarium idoneum semel saltem sin- gulis annis visitent: Clericos & populos Ecclesiarum ti- tulo subjectarum cum diligentia inquirant, vigilentque circa cultum divinum, & bona ducarum Ecclesiarum, moreque in primis & vitam Clericorum & parochiano- rum salenter explorent, eosque omnes & singulos ad recte honesteque vivendum paterno moneant affectu.

Pro reverentia autem sedis Apostolicae, utilitateque & honore communi Pontificis & ipsorum Cardinalium, ut scandalorum que nasci possent, occasio tollatur, majorque in sacro Senatu libertas votorum fiat, liceatque ut per est Cardinali cuique secundum Deum & conscientiam suam libere & impune quodcumque sentias dicere: statuimus, ne quis Cardinalium vota in consistorio data, & quacun- que ibi gesta, aut audita, aut dicta, que in odium aut prejudicium aut scandalum alioquin redundare possint, scripto aut verbo vel quovis alio modo revelet, sub poena perjurii & inobedientiae. Et quotiescumque a Nobis & Ro- mano Pontifice pro tempore existente specialiter & ex- presse ultra praemissa, indictum fuerit super aliqua re si- lentium, si quis contra fecerit, ultra poenas alias, ex- communicationem latae sententiae incurrat: a qua non pos- sit absolvi nisi a Nobis, vel praefato Romano Pontifice, & cum expressione causae, praeterquam in mortis articulo.

8. Sessio 10. edita est constitutio declarans; Mon- tes qui dicuntur pietatis, justos & licitos esse, prohi- betque univerfis illorum damnare usum, vitioque usura infumulare sub poena excommunicationis latae sententiae; tametsi enim Rectores istiusmodi Montium exigant a mutuariis aliquid statuto definitum praeter sortem, ea tamen supereractio nullatenus est ad lucrum, sed ad indemnitate, propter necessarias expensas, sine quibus illud pietatis institutum non posset subsistere: eo au- tem corruente, gravi subsidio fraudarentur inopes mu- tuatae pecuniae, qua ipsorum necessitates sublevantur. Eadem Sessio sancitum fuit, ne de cetero libri no- vi impiantur nisi praecesserit examen & approbatio Inquisitorum haereticae pravitatis, aut ordinarii Prae- lati sub poena excommunicationis. Huic simile decretum edidit Concilium Tridentinum in fine sess. 4. Quod idem sancitum fuit in prohibitorum librorum Indice, regula 10.

9. Sessio 11. praescribitur lex concionatoribus ser- vanda in predicatione verbi Dei, ut constanter sacrae Scripturae mysteria & documenta populis enunciant, non ex privato suo sensu, sed juxta sanctorum Patrum expositionem, nec ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad animarum instructionem & salutem: ne novas revelationes aut miracula non approbata temere enuncient, ne in Ecclesiae Praelatos invehantur, aut in privatam aliquam personam; sed populum a vitibus ab- stergeant, & ad virtutes informant ac hortentur. Con- cionatoribus porro has leges infingentibus excommu- nicationis poenam intentat, praesertim vero illis, qui sine Praelatorum missione ac venia concionibus se in- gerunt. Non abs re fuerit hic referre quae de predica- torum officio scripsit S. Cyrillus Alexandrinus epist. 22. ad Reginas sic dicens: *Eis qui divinum illud celesteque predicandi munus administrant, universonum Deus per Isaia propheta vocem ejusmodi oratione hac praecipit: Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeru- salem, exaltate, nolite timere. Etenim qui in Sacerdo- tum ordinem asciti, eam sortiti sunt provinciam, ut Christi omnium nostrum Salvatoris mysteria edisserant, populoque proponant, illi sensum nequaquam abjectum, humiliter repentem aut ignavia victum, aut metu fractum obtinere debent, sed sublime velut incedentem, & quasi in monte collocatum, quo nimirum ad eum modum collo- cati, eximiam illam verorum dogmatum venustatem rim- mari ac intraspicere, verbaque intrepide facere valeant: quantumvis ex iis qui sacris informantur, nonnulli instar equorum insolentium, qui infrenari non possunt, auros & intractabiles se praebant: de quibus beatus David sum- mus illum rerum omnium Opificem interpellans, ita scri- bit: In campo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximat ad te. Quod si tali animo praeditis ni- hilominus vim inferre oportet, quomodo absurdum non fuerit apud vos serere, pisseque vestris auribus sacrarum litterarum notitiam, velut ducem quemdam vivificum- que laetum nolle subinde instillare? Quod quidem Deus per Isaia propheta vocem quandam loquentem ejusmodi ver- bis nobis promittit: Haurietis, inquit, aquas de fontibus Salvatoris. Salvatoris autem fontes appellamus san- ctos Prophetas, Evangelistas & Apostolos. Hi enim sa- lutari celitusque hausta doctrina mundum hunc irrigant, Spiritu Sancto imbui, totumque hunc Orbem laetificant. In ejus proinde profunda sensa mentis oculos conjicientes, veritatis inventionem inde hauriamus. Quomodo autem Cabassarii, Notitia Ecclesiastica.*

ergo agricola fragantissimos quosque flores opportuno tem- pore ex agris decerpunt, decerptisque ac sicite in calathis compositos dominis suis offerunt; quos illi max benevo- lo gratoque animo complectuntur, eorumdemque decore ac venustate mirifice afficiuntur: ita nos qui docendi munus suscepimus, ex divina scriptura veluti ex agro quopiam non solum cito marcescentium decorem offerimus, sed sermonum doctrinaeque, qua per Spiritum sanctum, pietatis in Christum immarcescibilem venustatem continet, ma- gnaque suavitate & ubertate illius mysteriorum reddes fragrantiam. Scriptum est enim, quod Christi bonus odor sumus Deo.

10. Hac eadem sessione, lecta & approbata fuit Con- cordata Bononiae inita inter Leonem Pontificem & Gal- licam Regem Franciscum primum, quibus abrogata prag- maticæ sanctionis subrogatur ista inter ambos facta conventio: ut annata beneficiorum Galliae consistoria- lium Romano Pontifici persolvantur, & vicissim Rex quasi patronus personas idoneas, quas libuerit, praesen- tandi jus habeat. Concordata ista multis capitibus dis- tincta leguntur ad finem Concilii hujus inferta. Si quis inquirat, quonam ritu ante abolitionem prag- maticæ sanctionis & introductionem Concordati provide- ri solitum fuerat vacantibus Cathedralium Ecclesiarum. Questionem suo testimonio solvet Fulbertus Carnoten- sis Episcopus Gallicane lumen Ecclesiae, vitque eximia sanctitate & eruditione conspicuus, qui floruit millesi- mo saeculo. Hic enim in sua epistola 8. quam scripsit ad Parisiensem Episcopum, qui sponte se suo abdicave- rat Episcopatu, scripseratque ad Regem, rogans ut al- terum benemeritum in sui locum subrogari curaret. Quo effectum est, ut illius petitioni annuens Rex, Franconem Parisiensis Ecclesiae Decanum ad hunc Epi- scopatum promovet, non utique auctoritatis Regis potestate, sed pia sollicitudine Senonensi Metropolita- no persuadens, ut novam indiceret electionem a Cle- ro populoque faciendam, notificaretque gratum Regi fore, si Franconem eligerent, cui postmodum electio- ni Romanus Pontifex suo rescripto robur adderet. Qui- bus omnibus praestitis, & Francone Episcopo stabilito; is qui se sponte abdicarat, connitebatur Episcopatum resumere. Ejus vero ineptam inconstantiam & inop- portunum conatum Fulbertus coarguit, recensens sin- gula jam esse plenum effectum sortita, quaecumque ad novam Episcopalem provisionem exigebantur, his usus verbis: *Et sive Franconem tunc Decanum Parisiensis Ecclesiae, sive quemlibet alium subrogari tibi verbis & scriptis a Rege petisti: & sic tibi sequenter substitutus est Franco; eligente Clero, suffragante populo, dono Re- gis, approbatione Romani Pontificis, per manum Metro- politani Senonensis, succurrit utique substitutio & consecra- tio ejus, &c.*

11. Sessio 12. qua Concilium dirimitur, excommu- nicatur quicumque domos Cardinalium tempore electio- nis novi Pontificis invadunt. Denique ad sacram ad- versus Turcas expeditionem exequentiam, decima fru- ctuum ex Ecclesiis, monasteriis, & quibuscunque bene- ficiis in triennium indicuntur.

CONCILIIUM PARIENSENSE
Anni 1528.

1. Uterque Parisiorum convocatum fuit, eique praesedit Antonius a Prato Cardinalis Presbyter tituli Sanctae Anastasiae, Senonensis Archiepiscopus, sub Francico Rege Magnus Franciae Cancellarius. Conci- lii pars prior diversa continet fidei decreta contra Lu- teranam impietatem jam tum in Gallia pullulantem ac invalescentem. Pars vero secunda, quam hic prosequi- mur, versatur circa mores & disciplinam Ecclesiae, ex qua hi qui sequuntur canones praecipuo studio sunt ob- servandi.

2. Can. II. Statuimus, ut promotionis tempore ordo, qui proxime sequitur, diligenter observetur. Ut quantum attinet ad aetatem & mores, non prius promoveant Dice- cesani suos ad aliquem Ordinem sacrum, quam videant litteras testimoniales Presb. Parochiani, qua contineant duorum aut trium testium probatorum non suspecto- rum depositiones, juramento solemni firmatas, de suf- ficientia aetatis promovendi: & de probata & incol- pata illius vita. Quo absoluto inquirant, si promovendus habet scientiam a jure ad Ordinem suscipiendum re- quisitam.

Canon Nicænus IX. promotos sine examine Sacer- dotes a sacrificio excludit et tunc ἀνεπίστατοι πρὸς ἱερωσύνην Ἐπισκοπεύειν ἐν τοῖς ναοῖς κατὰ κατὰ Χρῆμα ἐπιτελεῖσαν, Ἐπίσκοποι.